



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Quibus & quot vestibus indiget Sacerdos ad sacrificandum, paragr. 6 [i. e.
1]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

ad usum pristinum, vide infra a suo loco.

CAPUT III.

De vestibus Sacerdotalibus.

§. I.

Quibus, & quot Vestibus indiget Sacerdos ad Sacrificandum.

I PRæter habitum, quem Sacerdos honestum, & quidem usque ad talos ex decencia, habere oportet, sex Sacris vestibus, eget, ut ritè sacrificet, amictu, Alba, Cingulo, Manipulo, Stola, Casula, seu Planeta, Præter Amictum, & Albam, quæ ex lino, vel canape, & contexta esse debent (an possit ex Gossipio dicam infra c ceteræ quatuor sint ex quacumque decen-

ti

a *Infra c. 1. §. 2. nu. 3.* b *Colligitur ex Azor p. 1. l. 10. c. 28, q. 8.* b *Infra §. 5. §. 3. n. 3.*

ti a materia; quo pretiosior est, eo melior. Colorum diversitas in diversis missis non est de præcepto, sed de convenientia. Cave autem, ne prædictæ Vestes sint valde attritæ, sicut, ne reliqua sacra suppellex sit valde immunda, precaretur enim mortaliter, b si enormiter esset talis: id quod reverentia Christo Domino debita persuadet. Notum tamen illud (enormiter) difficiliter enim ex hoc capite, nisi verè desipiens sis, in mortalem culpam incidere tibi continget. Audi insuper Layman, d te, aliquando excusantem. Interdum, inquit, Sacerdos subditus, si superiorem, ut valè mundari, vel munda servari curet, admonuerit, nihilque effecerit, excusatur, propter Sacrificandi necessitatem.

2. Posse usui esse Stolum præ
Cing

a Suar. de sacr. d. 82. sect. 2. §. 2. observandum. b Suar. de sacr. d. 81. sect. 6. §. ult. part. c Suar. ib.

d Laym. l. 5. tr. 5. c. 6. n. 15.

Cing
la, St
perin
prob

3.
his v
Resp

mor

ptur

cept

nerc

mat

v. g.

qui

enir

hæc

Im

rare

nia

bab

suff

om

gu

hu

Cingulo, Manipulo longo pro Stola, Stola pro Manipulo, quia hæc perinde se habent, docent aliqui *a* probabiliter.

3. Sed quid, si quis, aliqua, ex his vestibus, carens, sacrificet? Respondeo. Ex genere suo peccat mortaliter, *b* quia contra præceptum grave, & ita ab Ecclesia receptum, delinquit. Dico (ex genere suo) nam propter parvitatem materiæ excusaretur à mortali, ut v. gr. si Cingulum non adhiberet; quidquid neget Filiucius; *c* cur enim hic, ut fere in aliis materiis, hæc parvitas agnoscenda non sit? Immo in hac de qua agimus, parvitate materiæ, excusari, etiam à veniali, ob casum necessitatis, probabile est; quia necessitas videtur sufficiens ad excusandum eum, qui committit rem ex se levem.

E

4. Gra-

a Sa. V. Missa num. 9. aliique. *b* Fagund 1 Eccl. præc. l. 3. c. 23 n. 15. *c* Filiucius tom. 1. tract. 5. num. 150.

4. Gradus vero necessitatis non est *a* hic valde strictè accipiendus. Quare necessitas audiendi, & celebrandi, Sacrum, die festivo, fervor devotionis, & tentato voluntas tentationem, eo remedio, superandi, imo, & Sacerdoti non diviti opportunitas eleëmofynæ, satis superque, in prædicta parvitate, etiam à veniali, celebrantem excusabit.

5. Hinc fit, ut quamvis deficiente aliqua ex vestibus majoribus v.g. Alba, Casula, &c. deobligemur à dicendo vel audiendo Sacro, in die præcepti; quia hoc præceptum non obligat, nisi quando missa haberi, debito modo, potest; non deobligemur tamen, deficiente aliqua ex minoribus; quia tunc, ut dictum est, potest dici Missa. Quamvis si deobligari etiam tunc velis, possis; quia licet tibi sequi opinionem contrariam, quod scilicet, nec (deficiente

a Diana part. 2, tract. 14. resol. 8. sine.

ficiente aliqua ex minoribus) liceat
Missam facere.

6. Sed quid in majori gradu necessitatis, potestne licite quis sine aliqua ex his majoribus vestibus vel sine omnibus sacrificare, ut mortem v. g. vel grave malum evitet?

Respondeo. Si metus incutitur in contemptum Religionis, certum est, quamlibet, etiam levissimam, omittere, esse mortale: At, si sit in alium indifferentem finem, v. gr. ad hoc, ut alii interfint Sacro: tunc ex regula generali, quod præcepta humana non obligant cum tanto dispendio, non esse peccatum, etiam graviores illas vestes omittere, probabiliter *a* nonnulli docent, esto *b* nonnulli negent, quia non potest id non cedere in Sacrificii irreverentiam. Sed alii pro-

E 2 babilius

a Navar. in man. c. 15. n. 24. Hurt. de sacrif. d. 14. diff. 11.

b Suarez de sacr. d. 82. sect. 2, §. 2. dicendum.

babilius distinguunt. *a* asseruntque sine aliqua ex gravioribus, in dicto metu incusso ob finem indifferen-tem, posse, absque peccato celebra-ri; sine omnibus, nequaquam. Ra-tio est, quia sine omnibus non evi-tabis scandalum, & irreverentiam magnam, sine aliqua dumtaxat, evi-tari posse, probabilissimum est.

§. II.

*De Benedictione Vestium Sacer-
dotalium.*

1. **I**dem *b* est, uti vestibus non be-nedictis, ac nullis uti, unde, quæ modo dicta sunt de parvitate materiae & in casu necessitatis, hic pari modo sunt intelligenda.

2. Unam limitationem addo di-ctis num. 6. Puto enim gravioris mali

a Fagnand. *prac. Eccl.* 1. l. 3. c. 23. fa-
vetque *Suar. loc. cit. leg. item March.*
tr. 3. p. 3. c. 14. n. 5. *b* *Fag.* 1, *Eccl.* 1,
prac. l. 3. c. 23. n. 17. *ex Suar.*